

ALOYSIUS

TERRA RELUCTANTE

C O E L O

V I N D I C A T U S .

M E L O S M U S I C U M

Concinendum in Templo

COLLEGII PANORMITANI

SOCIETATIS JESU.

Harmonicis adstrictum numeris

A' D. P E T R O P U Z Z O L O

E J U S D E M C O L L E G I I

Musices Moderatore.



PANORMI, M:DCC:XXXVI.

Apud Stephanum Amato,

Impr: Stella V. G. C. S. V.) (Impr: Drago P.

Solum floribus orbare,
Quod hoc lolet spinas dare,

Sylva clamat,
Clamat ager,

Quam fit dura, quam crudelis,
Quam fit hæc iniqua lex.

Innocentem rapi fato,
Solo vivat quod ingratos;

Dolor probat,
Probat amor,

Quam fit cruda, quam feralis,
Quam fit hæc amara nex.

Cæl. Sat lacrymæ, fat questus,
Non tibi fas, divinis

Obfistere decretis:
Lætare, & plaude; dum quod Nato gloria;

Hoc tibi honoris erit; & licebit
Tibi posthac gratari,

Ter. Nova luce de te Cælum ditari.
Quam dulcis, quam jucunda, quam suavis
Tua vox ad aures venit,

Per quam datur videri,
Quod caeca mens hand potuit,

Fusâ amoris caligine; intueri.
Jam tristis dolor abit,

Jam læta in gaudia feror,
Decreto en lubens obsequor divino;

Cæl. Et tecum plausus edere festino
Plaude Terra. *Ter.* Cælum plaude;

Cæl. honor
Ter. gloria

2 Ingens 2 manet te.
Cæl. beatos
Ter. jucundos.

2 Plausus excito
Cæl. beat me
Ter. honorat me.

2 Jam Gonzaga
Ter. honorat me.

F I N I S .

INTERLOCUTORES.

Cælum, Terra.

Cæl. **Q**ui novus! qui Cœlestis! qui divinus!
Surgit in Urbe, & ornat Orbem, decori

Angelicos en Tellus

Suos quoque superba offentat Cives.

Flores illa tam raros, tam venustos,

Si proprio gignet solo,

Non erit posthac invida

Invida, ut ante, Polo.

Mirabor ergo, & fiteam!... & patiar!

Ah! vos Sideres! Cives,

Vos precor, huc accedite,

Accurrite, volate;

Gonzagam vestrum cernite Sodalem,

Terris adhuc degentem; eja ad superas

Vobiscum ferte Sedes.

Non mora vos retardet, properate,

Ad terras iter citi festinate.

Lentavit Cælum tangere

Babel Superba, at linguis

Mox perturbatis sensit

Confusa Chaos mentis,

Et pudibunda audentis

Novit fuisse rem.

Quid? telus Astris debito

Si tentet frui honore?

Mox illo orbata, fremens,

Amentis hanc, merore,

Hanc disecat esse spem.

Terr. Spinas inter ut Rosa

In me vernat formosa

Pravos sic inter Cætus,

Unus hic Adolefcens,

Gonzaga floret probus, & candores

Fert innocentie nive puriores.

Sidera sed heu! timeo

Tot invida fulgoribus,

Ad se ne raptim trahant.
Et suas ut magè faces
Novo dicent nitore,
Cœlesti, heu dolor! me privent honore!

Vera solent gaudia extare,

Atque amantis cor beare,

Nullus ubi timor ades,

Regnas ubi sola spes.

Prole spondet, me jucunda

Fruituram, spes secunda;

At dum lætor: cordi dolor!

Pena major, timor es.

Cæl. Parce Tellus dolori,

Dum vana spes illudit,

Culpa tibi non est danda timori.

Non decet ah! non decet,

Innocuum in plagis

Vivere diu ingratis;

Sed suos inter Cœlites Sodales;

Fas est, ut dies agat immortales.

Gemma, quæ sit aurato

Affabrè Cavo inclusa,

Ab auro dum nitorem

Sulcipit, auro dat.

Turpiter at informi

Si sit obdusa Cæno,

Torpescit sine honore,

Et sine luce stat.

Terr. Heu! quod prædixit timor,

Jam nostras ferit aures, nostras luminâ

Ad hæc vocat. Heu dolor! Quæ spectro

Languet sensim Gonzaga, en sensim languet:

Forma

Almo jam fugit ore;

Jam mortis pallor adest,

Ad se jam vocant Superi.

Ah vos, vos corde interea

Mortales gaudia arcete,

Ite oculi in lacrymas, & hæte;